

valde vos Noribergenses diligo & observo.
 Salutem dico viris Magnificis D. Nücelio & D.
 Feurero: & reverendo viro D. Durnhofero
 & D. Muffelio, cui opto ut optimam conju-
 gem sortitus cum ea pie vivat: D. Tob. Hal-
 lerum D. Martinum Pfintzingum (c) & D.
 Sigfridum Pfintzingum: Bene Vive & Va-
 le in Christo Jesu, quem precor, ut tuis con-
 siliis benedicat. Basileæ 25. Julii 1590.

EPISTOLA LXII.

Sætor, Vir cl. te Dei consilio in Republ.
 • patriæ tuæ diligenter & feliciter servire:
 nam id singularis cujusdam gratiæ Dei docu-
 mentum est. Si id in tanta temporum alpe-
 ritate, laboriose fit, & inter multas spinas,
 cogita mi D. Compater, quam præclarum
 sit Deo servire in patria, exemplo majorum,
 aliquo cum successu & pari cum aliis bonis
 sorte. Intuere etiam domestica præsentis
 gratiæ Dei *τεκμήρια*, conjugem bene mora-
 tam, bene natam, frugi liberos (de horum
 numero doceri cupio, singulis autem bene
 precor) facultates opum, quæ sunt instru-
 menta & virtutum & vitæ commodius agen-

L dæ.

(c) omissum est: saluta quoque,